



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ivre Ac Potestate Romanorum Pontificum,
Imperatorum, Regum ac Episcoporum**

Alvarez Guerrero, Alfonso

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 A 2069

Ad Serenissimum, Sacrum, Catholicum. Invictissimum. Potentissimum,
Augustum, Philippum Regem Hispaniarum, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63477)

AD SERENISSI- MVM, SACRVM, CATHO-

LICVM. INVICTISSIMVM. POTEN-
tissimum, Augustum, Philippum Regem
Hispaniarum, &c.

REGEM ANGLIAE, HIBERNIAE. FRAN-
ciae, &c. Dominum Flandriae, Brabantiae, &c. Ducemque
Mediolani, &c. vtriusque Siciliae, & Hierusalem, &c. Ar-
chiducem Austriae, &c. Religionis Christianae
seruatorem, ac defensorem,

DOCTOR ALPHONSVS ALVAREZ GVER-
ero Consiliarius Regius, ac Praeses Regiae came-
rae Summariae in Regno Neapolis foeli
citatem in eo, qui est vera
foelicitas.

DEVS ita dilexit Catholicam ecclesiam suam,
Serenissime, Catholice, ac potentissime Rex, vt
filium suum Unigenitum, quem constituit Re-
gem vniversorum, morti addiceret, qui cum sua
morte a diaboli seruitute, & tyrannide illam constan-
tissime liberasset, & sanguinem, ac vitam pro ea liben-
tissime profudisset, meritò caput illius est institutus, vt in
ea ipse semper floreret, ac perpetuo dominaretur: cuius
liberalitate, & munificentia effectum est, vt in sempiter-
nam libertatem sit vindicata. Nam cum ea ita esset a
Deo constructa, atque adificata, vt diuersis generibus
hominum contineretur, quae, vt membra, vnum corpus
efficerent, cuius caput esset Christus, cui omnium fidelium
salus, ac dignitas niteretur: eaq; ratione Christus ca-
put ita esset constitutus, vt esset qui apud posteros eius
locum

locum, ac dignitatem tueretur, & sustineret, eumque locum ad Petrum Apostolum ipsemet Christus Iesus sponte detulisset, factum est, ut omnes, qui deinceps Christi, & Petri locum obtinerent, Principes, & capita ecclesie, ut instituta Christi postulabant, haberentur, ad quos, tanquam ad vnum caput, omnia referrentur, ut quemadmodum Deus filium suum caput ecclesie, & principem esse voluisset, ita hi, qui eius locum apud posteros obtinerent capita ecclesie in Christo Iesu constituerentur, atque ut ille a Deo patre Rex vniuersorum fuerat electus, sic hi (ut ait Hieremias) constituti essent super gentes, & regna, ut euellerent, & destituerent, disperderent, & dissiparent, edificarent, & plantarent. Quare dignitas, atque authoritas cum propagata esset ad posteros, & a Romanis Pontificibus (ut diuino precepto fuerat institutum) retenta, & conseruata, et si multorum hereticorum, schismaticorumque varijs insanijs, & calumnijs sepe infestaretur, incolumis tamen semper, atque inuictibilis permanisset. Itaque licet innumerabiles perversi temporibus perditionis filij extiterint, qui diaboli impulsu hanc a Iesu Christo institutam dignitatem, atque authoritatem, & a Petro, & his, qui illi in ea dignitate successerunt, retentam, & conseruatam, suis scriptis, atque calumnijs labefactare, atque infirmare conati fuerint, firma tamen, ut dixi, atque immaculata stetit. Contra quos perditissimos homines, & impios veritatis Christiane osiores, sacrorum conciliorum decreta sancta potentissime insurrexerunt, quos ita sacrosancti Patrum canones gloriose deuterunt. Contra hos igitur insanos, ac pestiferos homines ego pietate Christiana adductus, & nimia charitate commotus, Serenissime, ac potentissime Rex, hoc speculum obieciua sacre Maiest. dicatū, eiusque felicissimo, ac clarissimo nomini cōsecratum, ut tam inuictissimo

Rege,

Rege, & tam potentissimo Principe illustratū hereticorū
 calūpnias facile vincat, eorumq; tenebras plenissime discu-
 riat, & ut hac copiosa, & maiori expositione populo Chri-
 stiano vera doctrina propriū faciē exprimat, & vultū ad
 viuum ostendat, & tandem Reipublica nostra errores, quos
 fugiat, opponat, eidemq; comoditates sibi ignotas sed val-
 de in regimine necessarias exactē cōmonstret. Clementis-
 sime ergo, serenissime, ac potentissime Rex, meū hoc opus
 suscipe, tuumque fac approbādo, quia etiā in hoc nostro lu-
 gendo tēpore, ut ex euentia facti notorū permanentis ap-
 paret (quod non absq; summo cordis dolore dicere cogor)
 insurrexerunt heretici, insurrexerunt schismatici, insur-
 rexerunt abusi tam circa potestatem ecclesiasticā, quam
 secularem, & insurrexerunt homines, qui vniuersalē ecclē-
 siam acerrime oppugnant in manibus suis, ac vanis disputa-
 tionibus supremam sacrosanctā Romani Pontificis autho-
 ritatem diuinitus concessā deprimere, ac infestare, ut anti-
 quitas, conati sunt, adeo quod nihil ex ipsius corporis com-
 poge quasi intransmissam superesse videatur. Loquimur tūdi-
 sermone, potentissime, serenissime, ac Catholice Rex, scho-
 lasticū modum sermōis non ornato politoq; stylo, nā veritas
 verborū in oratione non indiget, iuxta illū versiculū trinum,
 Ornate vō ipsa mecum vāta doceri, cū potius authorita-
 tibus sacris scripturę, & doctorū sanctorū Patrū cōuincen-
 disti Vanitas malignantiū. Redefrigitur stylo (ut dixi)
 & integerrima beatissimāq; Virginis Marię impetrato
 adiūdio, & sacrę Maiest; opulante suffragio ea, qua
 mouebunt Christianę religioni, & vniuersali Ecclesię, pre-
 cipue sacrosanctō Romano Pontifici, attingā, & atiq; vi-
 ribus sedē Apostolicā & religionem in hoc opere meo. Deo
 Opt. Max. docente viam, illustrare conabor. Neapoli,
 XVIII. Kal. Augusti. M. D. LVIII.